



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Iurisdictione Episcoporvm Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

6. De ordinaria iurisdictione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

## 16 DE IURISDICTIONE

Iam constituti, (quales sunt Episcopi in Germania) qui in concordia electi, donec confirmationem commode impetrare possint dispensatione propter necessitates ecclesiarū & utilitatis, in spiritualibus & temporalibus administrant, c. nihil 44. x. eod. non tamen, ea, et si vere confirmati quæ sunt ordinis, nisi subsequata consecratione, c. transmissam. 15. x. de tit. sec consacrati Archiepiscopi, nisi impetrato pallio, c. quod sicut. §. præterea. & ib. Panor. x. eod. quod pontificalis officii plenitudinem cum Archiepiscopalnis nominis appellatione, confert. c. nisi specialis, cum his. x. d. auth. & vsu pall.

## TITVLVS VI De Ordinaria Iurisdictione.

1. **E**piscopus habet Iurisdictionem per Diœcesin.
2. Etiam sub alterius districta.
3. Diœcessis latius patet quam territorium.
4. Mundus est Diœcessis Pontificis.
5. Inter diuersos Episcopos diuisus.

**E**PISCOPVS habet ordinariam Iurisdictionem per totam Diœcesin. c. cum Episcopus. x. de offic. ordinar. in 6. etiam sub alterius secularis principis territorio, aut ciuitatis liberæ districtu, teach. Stephan. in Tract. de Synod. cap. 5. num. 22. Matth. Steph. lib. 3. de Iurisd. cap 14. num. 12. & seqq. vt habet Archiepiscopus Coloniensis sub Ducatu Iulie, Cliviz, Montis &c. ciuitate



tate Tremoniensi & in quibusdam locis Electo-  
ratus Treuerensis, & vice versa Archiepiscopus  
Treuerensis in certis quibusdam locis Electo-  
ratus & teritorii Coloniensis, Episcopus Spi-  
rensis in ciuitate Speyr & Weil, Augustanus  
in Donawerth & Augspurg in suis terminis &  
causis, ita ne sceptrum iurisdictionū cōfundatur,  
c. peruenit. 11. q. 1. Ordinat. Camer. part. 2. Tit. 1. Et si 3.  
fiat confusio, subditis inhiberi potest, c. ex teno-  
re, x. de for. compet. Diœcesis enim latius patet  
quam territorium seu districtus, Alciat. in l. pu-  
pillus. §. territorium ff. de verb. signif. spiritualem,  
non secularem importans iurisdictionem, A-  
drian. Gylman. lib. 1. rer. iud. Camer. decis. 51. num. 33.  
Spiegel in verb. diœcesis. Alciat. d. loc. Et dicitur 4.  
totus mundus diœcesis summi Pontificis, uti  
Vicarii Christi, habentis omnium animarum  
curam, c. cuncta. c. per principalem. 9. q. 3. Hier. de  
Monte. in Tract. de finib. regund. cap. 12. num. 10.  
successu temporis, prout crevit Christianorum  
numerus inter diuersos Episcopos per diuer-  
sas diœceses diuisus, c. i. 13. q. 1. Hier. de Monte d.  
loc. num. 4. Pet. Gregor. Tholos. in syntag. Iur. civil.  
lib. 15. cap. 12. num. 4. ita quod non sit homo,  
qui non alicui Episcoporum subsit, c. omnes. c.  
solitæ. x. de maior. & obed. c. omnis x. de censib.

## TITVLVS VII.

Iurisdictionis Episcopi in quibus  
consistat.

1. **Q**uae ad jurisdictionem Episcopi pertineant?
2. Aliqua ad L. jurisdictionis, aliqua ad L.  
diœcesanam.

B

3. Vna

